



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 93. Albertus Marchio Brandenburgicus hoc födere comprehendi  
recusans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI. „parte , in quam ista coactio , minæ,  
A.C. 1552. „& pericula pretenduntur , Cæsarea  
 „ope , consilioque veluti ex officio suæ  
 „Majestati addecet , æquumque est  
 „adjuvare , eaque ipsa gravamina amo-  
 „vere satagat.

## §. XCIII.

*Albertus Marchio Brandenburgicus  
 hoc fædere comprehendi recusans.*

*Thuan. hist.  
 l. 20.* Ceterum hæc pacta Germaniæ Pro-  
 stantibus admòdum erant proficua,  
 eaque in hanc usque diem tanquam fir-  
 missimum respiciunt fundamentum, jux-  
 ta quod cuncta Catholicos inter, & Lu-  
 theranos dissidia componere satagunt,  
 hoc tamen idem fœdus Alberto Bran-  
 deburgico Marchioni adeo non proba-  
 batur , ut etiam eidem accedere dedig-  
 naretur , palamque adversus Mauritium,  
 cui tamen arcta prius amicitia junctus  
 erat , hanc in rem declamaret. Ipse  
 quoque Imperator Marchionem , ut huic  
 fœderi nomen daret, incassum sollicita-  
 bat , datisque frustra ad eum literis ro-  
 gabat , ut & ipse sese huic transactioni  
 subiiceret. Verum surdas ille præbe-  
 bat aures , quinimo cum ipso etiam Gal-  
 liarum Rege armorum societatem ini-  
 bat atque ulterius cuncta ferro flam-  
 maque devastabat , ipsumque Cæsarem  
 eo

eo adigebat, ut hic ipsum tanquam perdu- **Sæcul XVI.**  
ellem, ac seditiosum ab Imperio prosciri- **A. C. 1552.**  
beret.

### §. XCIV.

#### *Pax firmata sine ulla Franciæ Regis habita ratione.*

**N**on minus quam Brandenburgicus E- *Thuan. l. 10.*  
lector, ipse etiam Joannes Fresnius,  
seu Fraxineus Bajocensis Episcopus in-  
dignabatur, eo quod in hac pace ferme  
nulla Regis Franciæ Domini sui ratio  
fuerit habita, quapropter Episcopus de  
hoc contemptu, gravique injuria que-  
stus in Gallias reversus est, præcipue  
ira commotus ob factam in decimo ar-  
ticulo additionem, quod, ne Rex om-  
nino præteritus, & a Sociis desertus  
videretur, de controversiis, quas cum  
Cæsare privatim haberet, quoniam eæ  
ad Imperium minime pertinent. liceat  
ipsi cum Mauritio agere, ut de iis dun-  
taxat per Ferdinandum Regem ad Cæ-  
sarem referatur.

Nihilominus Elector Mauricius Epis-  
copum utcumque placatum dimisit, ex  
ea in primis ratione, quod in certissimum  
discrimen, nisi cum Cæsare mature  
transegisset, Hassum Socerum adductu-  
rus fuisset.

In-